UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1693

§. 6. De præside Cameræ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63032

Visual Library

quitur immediate Auditorem Cameræ, ante omnes Epiſcopos, Primates & Patriarchas *Sixtus V. Conſt.* 100. Majorque illis duobus oſtenditur honor à Cardinalibus & Oratoribus Principum, à quorum etiam *Corteggio*, ut vocant, incommoda valde obſequii ſervitute, quâ eos excipiunt deducuntque, ſunt exempti, ut nonniſi Cardinali Nepoti hoc obſequium præſtent.

9. Officium Theſaurarii vacat vel per mortẽ, vel per promotionem ad Cardinalatum, ad quem aditum præbet. Olim emebatur Scutis ſexaginta millibus monetæ, nunc à tempore Alexandri VII. Scutis quinquaginta ſex millibus auri ſtamparum, profert vero in proventibus annuis decem circiter vel duodecim millia Scutorum, præter penſionem annuam, quam accipit pro familia, ducentorum Scutorum, & victum quotidianum pro ſe, & octo familiaribus ſuis, ac duobus equis *Sixtus V. l. c.*

§. 6.

De Præſide Cameræ.

1. *Præſidentis Officium.*
2. *Eſt Prælatus & emit officium*

1. Præ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1.

PRæſidens Cameræ Apoſtolicæ præeſt rationibus univerſi ærarii, easque recipit ab iis, qui proventus Cameræ Apoſtolicæ in Urbe, & in Provinciis colligunt, & adminiſtrant; Aſſidet quoque in Tribunali Cameræ, ſed ſuffragium, uti nec cæteri Camerales non habet.

4. Cenſetur inter Prælatos, & veſtitur habitu violaceo. Emit Officium ſuū trigeſies mille Scutis, percipitque pro fructu annuo ex centum Septem vel octo Scuta.

§ 7.

De Advocato Pauperum.

1. *Romæ inſtituta eſt pia Congregatio Curialium pro miſerabilibus gratis juvandi, & alitur à Pontifice Advocatus pauperum.*
2. *Officium Advocati pauperum.*
3. *Intereſt Congregationibus criminalibus.*
4. *Officium eſt perpetuum, quæ emolumenta il proferat.*

1. Cum